

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 4328

**Auteur(s) :** Thomas de Saint-Pancrace, fils du chevalier Hugues [autre]

**Bénéficiaire(s) :** La Lucerne-d'Outremer, Sainte-Trinité de La Lucerne (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1264, mars

**Action juridique :** échange

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Thomas de Saint-Pancrace, fils d'Hugues de Saint-Pancrace, chevalier décédé, assigne à l'abbé et aux chanoines de Sainte-Trinité de La Lucerne un champ de 7 vergées et demie sis à « Belleria » (La Bellière ?) en échange d'une pièce de terre que lesdits religieux possédaient à « Belleria ».

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Dubosc François, *Cartulaire de la Manche*, abbaye de la Luzerne, abbaye de Mont-Morel, prieuré de la Perrine, Saint-Lô, Jacqueline fils (Archives départementales de la Manche), 1878, Luzerne, n° CXI, p. 94-95.

## Dissertation critique

Texte établi d'après a

Sciant omnes presentes et futuri quod ego Thomas de Sancto Pancracio, filius Hugonis de Sancto Pancracio, militis, defuncti, in excambium perpetuum assignavi abbati et canonicis Sancte Trinitatis de Lucerna unum campum terre septem virgatarum et dimidie situm in parrochia de Belleria, qui vocatur Campus de Haya Ranulphi, qui butat, ab uno capite, ad cheminum qui vocatur Rool qui ducit de Spina As Frogiers apud Repastum, et, ab alio, terre Gaufridi Terselon et jungit, ab uno latere, terre Jacobi Symonis et, ab alio, terre Richardi Heudin, habendum et possidendum in perpetuum predictis religiosi libere, pacifice et quiete, sine reclamacione de cetero mei vel heredum meorum, pro excambio michi facto ab ipsis de una pecia terre quam predicti religiosi habebant et possidebant in predicta parrochia de Belleria, de donacione Hugonis de Boillon, militis, defuncti, que terra vocatur Barbeagne, quam terram tenebat Thomas Ernol de dictis abbate et conventu pro sex bussellis frumenti et duobus panibus et duabus gallinis et viginti ovis. Quem quidem campum terre de Haya Ranulphi predicti religiosi, de assensu et voluntate mea tradiderunt in feodum et hereditatem perpetuam Ricardo Heudin ; de quo campo terre idem Ricardus et heredes sui reddent singulis annis, ad festum Sancti Michaelis, predictis religiosi et successoribus suis septem bussellos frumenti, ad mensuram Haya Paganelli, et unam gallinam ad natale Domini ; predictum autem campum terre et redditus debent plenarie percipere et habere sepedicti religiosi, sine reclamacione mei de cetero et heredum meorum, ab omnibus serviciis et consuetudinibus et eciam redditibus liberos et quietos. Et sciendum est quod ego predictus Thomas et heredes mei tenemur prenominatis canonicis et successoribus suis predictas septem virgatas terre et dimidiam et predictum redditum garantizare, deliberare et defendere contra omnes, vel alibi in propria hereditate mea de Belleria valore ad valorem competens excambium assignare. Et notandum est quod predicti religiosi possunt et debent habere recursum ad predictam terram Barbeagne quam in excambium assignaverunt, si forte predictam terram de Haya Ranulphi et redditus et etiam regarda in eadem assignata eisdem ego aut heredes

mei garantizare non possemus. Dedi etiam et concessi eisdem canonicis omnia predicta et singula cum omni alio jure et dominio quod ego et predecessores mei percepimus et percipere potuimus quandiu possedimus supradicta. Et ad hec universa et singula tenenda et custodienda bona fide per presentem cartam meo sigillo sigillatam me et heredes meos obligo et relinquo obligatos. Actum est hoc anno Domini M CC LX tercio, mense marcio.